

REGULA SECUNDA.

*Effectuum naturalium ejusdem generis
eandem sunt cause.*

Hæc secunda regula quæ analogia nature
solet appellari ex prima facile deri-
vatur. Etenim per primam regulam, natu-
ra simplex est & sibi semper consona, ne-
que superfluis causis redundat. Porro effe-
ctus ejusdem generis sive omnino similes,
diversis causis tribui nature simplicitate
omnino repugnat. Ita gravium descensus
in Europa & America eidem causæ tri-
buendus est. Pari ratione cum in omnibus
hominibus eadem respirationis instrumenta
demonstrent observationes anatomicæ, ean-
dem esse in singulis respirandi causam me-
rito concludimus. Nulli exceptioni obno-
xia esse potest hæc regula: quod autem in-
cautos philosophos in errorem aliquando
inducat, id fit ex ipsius regulæ abusu; præ-
cipiti nempe judicio persæpe credimus simi-
les esse effectus, qui tamen sunt inter se
diversissimi. E. G. Venti præferunt ana-
logiam quamdam, ventosque singulos tan-
quam effectus ejusdem generis facile sibi
persuaderet, qui singulas circumstantias va-
riæque conditiones accurate non considera-
ret. Cavendum ergo est diligenter ne ex
characteribus mere externis de perfecta ef-
fectuum similitudine audacter pronuntiemus.
Ita plantæ quædam lethales externam plan-
tarum salubrium speciem imitantur, sed prin-
cipio quodam interno & non facile conspi-
cua